Nobili Nastasiae olim Nobilis Semionis Kulczycki Consorti cum olim Nobili Anna Kulczycka procreatae filiae sui vero Recognoscentis Conthoralis omnium generaliter bonorum suorum mobilium et immobilium haereditariorum et obligatoriorum summarumq quarumvis pecuniariarum nec non auri argenti clenodiorum unionum margarethorum vestium vestimentorum tum stanni aeris cupri orichalci pecorum pecudum equorum equarum ac totius supellectilis domesticae in quacunq forma et materia existentis nunc habitae et in post habendae ad vitalitatem et usumfructum ad extrema duntaxat vitae ipsiq tempora tantummodo et non ultra inscriptsit concessit et assignavit prout concedit inscribit et assignat praesentibus tali videlicet modo et conditione quod si ipsius praefatum Recognitum ac Nobilem Sczanski Praesbyterum vitae ordi mortem quam ipsam Nobilem Nastasiam Kulczycka consortem ipsius mori et de hac luce decedere contigerit extunc eadem Nobilis Nastasia Kulczycka consors sua bona suprascripta generaliter omnia et summas pecuniarias morte praedicti mariti sui derelictas cum omni eorundem iure dominio proprietate competentiaq et praerogativa quavis omnibusq et singulis eorundem utilitatibus et usufructibus tenebit habebit et possidebit illisq quiete et pacifice infruetur ad extrema duntaxat vitae suae tempora. Post fata vero praedictae consortis extunc praedicta bona et res generaliter omnes inscriptioni praesenti subiectae morte praedicti mariti sui derelictas ad successores praenominati mariti sui sine quovis impedimento et contradictione successorum praedictae consortis suae totaliter et plenarie devolventur. Hac sua praesenti persona Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Bilinski Consorti suae reformat.

Compa

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensi
bus Capitanealibus Premisliensi Nobilis Stephanus Bilinski z Biele
siowicz olim Nobilis Nicolai Bilinski filius Sanus mente et Corpo
re existens a Terris Districtibus Iudiciis Iurisdictionibusque Suis quibus
vis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capita
neali Premisliensi Iurisdictioni quo ad Actum modernum attinet
se cum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter
et plenarie incorporando atque subyciendo palam libere publice
ac personaliter recognovit Quia ipse Nobili Joannae olim Nobilis
Annae Horodyiski Szepiak filiae Suae vero Recognoscentis Con
sorti legitimae eiusque posteris Summam Quinquaginta florenorum
polonicalium ratione verae dotis et expeditionis post ipsam acceptae
et in domum Suam importatae nec non aliam similem Summam Quin
quaginta floren. polon. ratione veri iusti et liquidi dotalitii
in et super tota et integra medietate omnium generaliter bonorum Suorum
haereditariorum et obventorum mobilium et immobilium Summarumque pecuniarum
quarumvis tam auri argenti clenodiorum unionum margarethanum ve
stium vestimentorum lanei aeris cupri orichalci pecorum pecudum equo
rum equarum ac totius suppellectilis domesticae nunc habitis et in
post habendis dedit dotavit dotalitiavit inscripsit et reformavit
prout dat dotat dotalitiat inscribit et reformat praesentibus per ipsum
Nobilem Joannam Horodyiska Suae Recognoscentis Consortem legiti
mae eiusque posteris eandem medietatem bonorum Suorum generaliter
omnium Inscriptioni praesenti Reformationis obnoxiorum cum omni iure
et dominio proprietate Competentiaque et praerogativa quavis omnibusque
et singulis praemissorum utilitatibus et proventibus tenendi habendi
et possidendi usque quiete et pacifice utifruendi ac ad usus suosque
suorum

Successorum quorvis beneplacito usufructu libere et effectualiter con vertendi Vigore ac more aliarum reformationum hactenus et deinceps in Regno Poloniae observari solitarum.

Pielwiecki Lesiowskiemu scriptum roborat.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premislien. Generosus Joannes Casimirus Pielwiecki Sanus mente et Corpore existens a Jure Districtibus Jurisdictionibusq Suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo ad actum modernum attinet se cum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq Subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse se ac Suos Successores in et Super bonis Suis generaliter omnibus Summisq pecuniarum quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat praesens Scriptum Certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Generosi Mathiae Lesiowski ratione Certarum rerum et Conditionum in eodem Scripto manuali Contentarum de actu et data ipsius hic Premisliae die hodierna in acta Contenta Confectum Consensatum datum manu sua Recognoscentis propria Subscriptum in omnibus et Singulis eiusdem Scripti manualis Conditionibus punctis Clausulis Articulis vadijs ligamentis ac necessarijs generaliter Universis eidem Gnoso Lesiowski tenere Complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusq et Singulis eiusdem Scripti manualis Contentis tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit Satisfacere Scriptum praedictum manuale ad hunc eundem praesentem roboratorium et inscriptionem praesentem roborationis ad Scriptum praenominatum manuale vicissim in toto referendo. Sub vadio

Summae